



2b. 15



RECTOR
ACADEMIÆ FRAN-
COFURTANÆ

CHRISTOPHORUS
PELARGUS

S. S. Theologiæ Doctor & Professor P. Gene-
ralis totius Marchiæ Superattendens, Ec-
clesiæ Pastor, Ordinis Sacri Senior
& p. t. Decanus, &c.

ad funus

quod

svavissimo infantulo

JOACHIMULO

Integerrimi & Ornatissimi VIRI

Dn. PAULI SCHILLINGII

Civis & Negociatoris industrii

FILIOLO

ut unico, ita desideratissimo

lucem hanc

quam 20 Augusti Anno 1622

ingressus fuerat

19 Augusti hujus An. 1624.

rursum deserenti

Ad d. XI. KAL. Septembr.

honorificè deducendum,

Cives Reipubl. Literariæ universos

invitat.



Typis MICHAELIS KOCHII.

55.

65

22

LEONARD
MAGNUS

CHRISTOPH

PERGUS

1511

JOHANNES

PAULUS

1510

1511

1511

1511

1511

1511





Xtremum vitæ spiritum effla-
vit infans elegantissimus, a-
mabilissimus JOACHIMULUS,
Viri ornatissimi & integerrimi
Dn. PAULI SCHILLINGII
Civis & Negociatoris inter
primos, filiulus suavissimus,
desideratissimus: Cujus mors si acerbum aliquem
sensum & ægritudinem cruciantem in animo Paren-
tis moveat, non erit illud quidem magnoperè demi-
randum. *Sine enim dolore amittitur*, inquit Seneca,
quicquid sine amore possidetur: quæ verò ardentè di-
ligimus habita, graviter suspiramus ablata. Accen-
sum omnino erat gaudium ingēs in parentū animis,
cum ante biennium hoc ipso mense, die nempe xx.
Augusti circa horam ix. vespertinam, divina bene-
dictione ex se prognatum cernerent, generi suo fir-
mamentum, terræ adjumentū, cœlo oblectamentu
filiolum: quem mox ad sacrosanctū baptisma trans-
portari curarunt, ut tantò citius *ἡορῆσεν* terrenam
hanc nativitatem consequeretur. Alebat & auge-
bat in dies singulos istam læticiam admirabilis quæ-
dam venustas & omnibus suaviter arridens vultus fi-
lioli; qui spem tacitam præ se ferebat indolis mini-
mè vulgaris ac vitæ politica aliquando aut literata
A 2 etiam

etiam conversatione dignæ. Verum ut in rebus hu-
manis stabilitatis nihil est, nihil longioris durationis:
sic exiguo admodum momento voluptas illa omnis
extincta & in cineres resoluta est. Etenim hujus
mensis die XVI horis pomeridianis præter omnem
spem dictum JOACHIMULUM adoriri cepit noxium
illud alvi profluvium, quod frigoris cujusdam indi-
cio se insinuavit, caloris vehementia perrexit & con-
currentibus ultimæ dentitionis dolorib. ita tenellum
corpus adflixit, ut impressione istius mali violenta,
vis naturalis sensim labefactata, mox crebris debili-
tatibus superata, tandem nudius quartus circa horam
VI matutinam exhausta sit penitus & extincta. Atq;
ita Avus summo mœrore adfectus Dn. JOACHIMUS
Bussius Reip. Oppidanæ Secretarius fidelissimus suo
*prænomine appellatum nepotulū dilectissimum, cuius
oscula & amplexus senserat;* ita Parens mœstissimus
Dn. PAULUS SCHILLINGIUS *filiolum suavissimū, cuius
blandulas compellationes, titubante lingua, infantum
more prolata audiverat;* ita mater tristissima ELISA-
BETHA BUSSIA foemina honestissima *ocellum deside-
ratissimum, cuius risus amabiles, motusq; lepidissi-
mos conspexerat,* expositum viderunt singuli tor-
minibus vehementissimis, quibus sine intermissione
tenerum corpusculum excruciatum est. Inclamavit
vagitu quodam opem humanam, quæ multiplex
quidem

quidem cum Medicorum præclarissimorum, tum
aliorum salutarium auxiliorum fundamentis con-
firmata, sed frustra est adhibita: imploravit in extre-
mis angustiis vultu miserabili Soceri & Parentum
auxilium, quod promptissimum quidem fuit, sed irri-
tum. Non miramur equidem, si hæc veluti viscerum
dissolutio movet Soceri & Parentum animos, sed
laudamus potius sive illud pietatis suspirium, eique
*τὸ συμπάθει*s nostrum adjungimus: verum ne quod piè
fit, idem nimis fiat molliter, fontibus sacrarum scri-
pturarum paraeleticis enitendum esse judicamus.
Noverunt enim cum Socero Parentes aliud esse ca-
stigare ad salutem, aliud puniri ad interitum: Noverunt
non nocere bonis morbos corporis, quia sanant ani-
mam; nec mortem, quia ad veram vitam est janua: No-
verunt multoties incoari plagam ab iis, quæ pignora
nobis omnium carissima sunt, ut agnoscat human-
na miseria, imploretur divina misericordia. Luctum
igitur nimium deponent illi, nec deflebunt eorum mor-
tem, quem mortalem genuerant, nec invidebunt
Deo filiolum, quem ad tempus educandum & ser-
vandam acceperant, si quidem Ipse non abstulit alie-
num, sed recepit suum. Quo solatio etiam sese eri-
gent SCHILLINGIANÆ familiæ cognati, in urbe Mis-
nensium Schneebergensi cives ornatissimi, si tristi
nuncio bonæ spei & octodecim ferè annorum ado-

Iescentem PAULUM NEUMANUM, patria etiam Schneeb-
bergensem, Wolfgangi Neumani Societatis Pistoriae
senioris honorati, & Mariae Kroppin laudatae foemi-
nae filium: Dn. Andreae Neumani ibidem Senatoris
quondam prudentis, & Ursulae Biedetoppin matro-
nae nobilis nepotem, ex patria schola circa nundinas
Margaritae, literarum ulterius colendarum & polien-
darum causa huc missum, opinione celerius morbo
gravissimo correptum, pias inter preces xiii Augusti
hora xi mortuum, ante octiduum honorifica sepul-
tura humatum, & funus homilia sacra Reverendi &
praestantissimi viri Dn. M. JOANNIS RAMMII Diaconi
in cathedrali Ecclesia primarii peractum esse cogno-
verint. Quamvis enim Parentes senio confecti fili-
um commendaverint Cognatis & Compatrib, spe-
ctatissimis Dn. MELCHIORI & Dn. PAULO FRATRI-
BUS SCHILLINGIIS viris prudentibus & solertibus;
licet etiam Dn. PAULUS ita commendatum liberali
hospitio exceperit, scholae commiserit & de com-
moda paedagogia apud Dn. Socerum prospexerit;
etiamsi praepetoris munere functus discipulos
fidei suae concreditos diligenter informare ceperit:
In ipso tamen commendationis, promotionis & la-
boris cursu, non sine animi moerore intelliget, able-
gatum filium in communem hujus urbis inter ho-
mines natam calamitatem, in ardores scilicet dysen-
teriae

teria vehementes incidisse, qui paulatim intensius in
ipsum corpus grassantes, calorem omnem, humorēq;
vitalem absumperunt. Verum & hoc ipso allato
nuncio senes Parentes sese erigent, filium in conspe-
ctu cœlestis Parentis vivere cogitabunt & mortuo jã
de feliciore & tranquilliori statu gratulabuntur. Non
n. hostile odium nunc isti bellum crudele & atrox
denunciat, non peccatorum vorago exitium parat in
hac miseria, ubi caro est sine spiritu, cœcitas sine luce,
iniquitas sine justitia, ira sine gratia, mors sine vita:
sed comitantibus Angelis in Beatorum sedem eve-
ctus ad solium majestatis DEO servit *μετ' αἰδῶς καὶ εὐλαβείας*
Hebr. 12, 28. Interim vivunt in histurbis & ac flucti-
bus Parentes, ubi sæpè diluculum serenum nubilo fi-
ne clauditur, ubi omnis dulcedo amara est, omnis la-
boriosa requies: sed ita vivunt, ut aliquando securio-
res posthac & lætiores suos liberos secuturos videan-
tur. Proinde non est, quod aut infantuli *Schillingii*
aut adolescentis *Neumani* Parentes adfectui nimio
aut lacrymis indulgeant, naturamq; accusent, quæ
ante diem aut de primo vitæ limine, aut in ipso litera-
rum cursu liberos deturbarit: cum nulla mors sit mi-
sera, quam mors animæ non sequitur: eoq; actum
fuerit cum illis melius, quo citius ex hujus mundi
sordibus & calamitatibus evaserint. Cum verò,
Cives Academiae Nobilissimi, præstantissimi exse-
quias

quias hodierno die circiter horam xii filiolo demor-
tuo honorificè adparatas cupiat *Dn. Paulus Schil-*
lingius, vestræ humanitatis erit, ut amicè rogati ad de-
ducendum funus ante ædes funestatas conveniatis,
ordinis nostri literarj fautori singulari, què sæpe ex-
teræ nationis Studiosis sumptus ad studia continuan-
da necessarios absq; ullo lucro mutuos & commoda-
tos ad tempus non exiguum haud gravatim enume-
rasse accepim9, benivolentiæ compensationem præ-
stetis & pietatis officiũ exhibendo, vitæ humanæ fra-
gilitatem in memoriam revocetis. Hoc n. ipso ab iis
vos sejungetis, qui tanquam viva cadavera nec pro-
fectum ullum in vita norunt, nec defectum ullum
deplorant. Sic vos feliciter in hac dolorum palæ-
stra ducat misericors DEUS, & blanditer tandem de-
ducat ex arena, in qua adsidua est calamitas, in thea-
trum, ubi iste est æterna tranquillitas.

T. E.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021




5b-700

Von 7

MC







55.
65

TOR
IÆ FRAN.
TANÆ

PHORUS
RGUS

or & Profefor P. Gene
Superattendens, Ec-
dinis Sacri Senior
anus, &c.

Funus
mod
o infantulo

IMULO

ornatissimi VIRI

SCHILLINGII

ciatoris industrii

OLO
desideratissimo
e hanc
asti Anno 1622
us fuerat
ujus An. 1624.

deserenti
A L. Septembr
educendum,
literariae universos
vitat.

MAELIS KOCHIL.

